



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

IV. Qui teneantur dotem constituere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

nio esse. Sed hanc restrictionem merito reprobat Ant. Gom. Barb. Greg. Lop. Reb. loc. cit. eo quod fundus emptus ex pecunia pupilli, vel minoris est, cum fuit emptus ab illius tutore, secus ab alio extraneo. Nam cum tutor, seu curator obligatam habeat pecuniam sui minoris in praedictum emptio-

Secundo temperat Ant. Gom. d.l. 50. Tauri. in. 36. in fine. Greg. Lop. l. 49. r. 5. par. 5. circa finem. in casu quo res ex pecunia dotali emeretur de consensu vxoris, nam eo casu videtur vxoris esse l. cum vir. Dig. de iure dot. l. vxor. marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. Hanc tamen restrictionem credendum procedere, cum ex consensu vxoris antecederent, vel subsequenti fundus emitur ut ipse sit, alioquin res empti mariti cum illius sit cuius nomine recipitur. Item qui Cods. si certum peratur. Adde debere emptorem vitium esse vxori. Nam ut recte probat Tiraquel. lib. 1. tractatus. §. 32. gloss. v. m. 16. nequit vxor suae dotis conditionem deteriore facere. leg. de die ff. de pactis dotalib.

PUNCTUM IV.

Qui teneantur dotem constituere?

Varia sunt personae, quibus haec obligatio inesse potest, de quibus sigillatim in hoc puncto agendum est.

§. I.

Qualiter parentes teneantur filias dotare, & in matrimonium constituere?

- 1 Obligatus est pater filia legitime volenti nubere dotem competentem constituere.
- 2 Quod procedat, etiam si filia aliunde habeat dotem competentem.
- 3 Obligatus est pater sub gravi culpa filiam sub sua potestate constitutam, & nubere volentem in matrimonium collocare.
- 4 Eandem obligationem habet pater respectu filiae emancipatae quoad dotis assignationem.
- 5 Probabilitate non caret patrem deobligatum esse filiam diuitem dotare.
- 6 Ad quid pater teneatur circa filias naturales, & spurias.
- 7 Mater obligata non est per se filias dotare.
- 8 Filius obligatus non est matrem dotare.
- 9 Apponitur discrimen inter promissionem dotis factam a patre, vel a matre.
- 10 De obligatione dotali filiam parente inuito nubentem remissive respondetur.

Obligatus esse patrem filia legitime volenti nubere dotem competentem constituere affirmat communis sententia, quam refert, & sequitur Ant. Gom. l. 50. Tauri. 21. Gregor. Lop. l. 8. r. 11. par. 4. Mol. disp. 424. in initio, Reb. 2. de obligat. instit. lib. 5. quaest. 4. num. 1. Fundamentum sumitur ex l. qui liberos ff. de ritu nuptiar. ibi cogitur in matrimonium collocare, & dotare. Et l. vit. Cod. de dotis promiss. Neque enim leges incognita sunt quibus cautum est omnino patrum esse officium, dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie.

Quae communis sententia procedit casu quo filia aliunde habeat dotem sufficientem, ut colligitur ex supradictis legibus, quae loquuntur quando filia erat diues bonis matris. Quo non obstante decidit officium esse patrum dotem constituere, ad idque patrem cogendum esse. Et probari potest quia dos loco legitime subrogatur. Iamquam Nouel. Cod. de inofficiosa testam. At legitima filius quantumvis diuitibus debetur. §. alia quoque capitulum Authent. cor. cum de appellat. cognoscit. Ergo etiam debetur dos.

Ex hac conclusione inferitur regulariter obligatum esse patrem sub gravi culpa filiam sub sua potestate constitutam, & nubere volentem in matrimonium collocare. Tum quia id pertinet ad rectam illius gubernationem. Tum ad vitandum incontinentiae periculum, quia tamen Cepissimè inquit Reb. d. q. 4. num. 30. interueniunt causae quae rationabiliter deobligant parentes, & consanguineos vel absolet, vel saltem accelerata praestatione dotis, non erunt temere peccati lethalis dammandi à confessariis.

Filia verò si emancipata sit consilio parente ob reuerentiam nubere poterit. Quo facto cogere poterit patrem, ut dotem competentem assignet, neque ipse exulare poterit. Si

autem emancipata non sit, poterit vel per se, vel per suos consanguineos parentem cogere ut dotem assignet, & maritum quaeat, quinimo ipse iudex sciens patrem negligentem esse, & filias pupillas appetentem poterit hanc praestare coactionem. Sicuti tradit Petr. Barb. 4. p. l. numero 3. ff. soluto matrim. Reb. 2. p. lib. 5. quaest. 4. num. 4. Sanch. plures referens lib. 4. de matrim. disp. 2. §. 6. num. 4. & seq. Molus autem coactionis, ut ipsi Doctores referunt arbitrarius est, fieri namque potest tum in multa pecuniaria imposita, tum capitis pignoriibus, tum persona captura, tum denique censura promulgatione, si per iudicem Ecclesiasticum coactio intenteur. Nam haec causa mixta foret.

Ceterum est haec vera sententia, & in praxi tenenda, & consulenda. Atamen probabilitate non caret patrem deobligatum esse filiam diuitem dotare, tamen obligatus sit ei excedenti 27. annos maritum quaerere. Quae fuit opinio Bart. in leg. mulier. §. cum proponeret. ff. ad Trebell. an. Alciati, in leg. 1. numero 67. Dig. ff. soluto matrim. Andreæ Fachinei lib. 10. c. 38. eo quod pater non tenetur filiam diuitem alere leg. si quis à liberis ff. de liberis agnoscent. At dos loco alimentorum succedit. Ego non tenetur dotem praestare. Quod si dicas cum Ant. Gom. l. 50. Tauri. num. 27. in fine. alimenta solum deberi in subsidium, ideoque puellae alimentis habenti cessat patri obligatio, dos vero fauore publico debetur, ne mulieres maneant indotatae, obstat, quia strictior est obligatio alimentorum quam doris, cum illa sit à natura, haec ex lege. Ac illa obligatio conditionem subdit, si abunde alimenta non habeantur. Ergo haec obligatio dotis eandem conditionem continere debet, cum utraque obligatio in necessitatem fundatur, quae cessat cum aliunde dos, & alimenta suppeditantur. Neque refert legitimam debitam esse, quia haec debetur post mortem, cum tamen dos viuente patre concedenda sit, hoc vero finalis Cod. de dotis promiss. hanc sententiam indicat, cum tantum dicat officium esse patrum, quod liberalitatis est, non necessitatis iuxta commodat. m. §. si u. ff. commodat. ibi volumus, & offi. si iudex est quam necessitatis commodat. & d. l. vi. dicitur, liberalitas itaque talis vincat uera, & irrevocabilis, & puro nomine liberalitatis, & debitum suam sequantur fortunam.

Quoad filias naturales, & spurias attinet, si forte cogendus est pater dotem illis constituere, excedere non debet alimentorum quantumtatem, ad quae subministranda iure naturali altitudus est, ut patribus comprobatur Mol. lib. 2. de primog. c. 15. n. 50. Boëtius de off. l. 27. num. 2. licet tamen illi an dotem constituere teneatur, cum nullibi id eorum in Communior tamen sententia quam refert, & sequitur Couarr. 2. p. de sponsalib. c. 8. §. 6. num. 11. Mol. lib. 2. c. 15. n. 45. Barb. 4. p. l. 1. m. 65. §. ff. soluto matrim. Reb. lib. 5. q. 8. n. 3. aliter obligatum esse dotem constituere pro quantitate alimentorum, ne illarum pudicitia periclitetur. Illud verò est certum, si aliunde habeant, vel possint arte, aut viribus quibus haec comparate possunt deobligatum esse, argum. l. si quis à liberis, §. sed si filius, ff. de liberis agnoscent. & tradit Barbola 4. l. 1. m. 61. ff. soluto matrim. quem sequitur Reb. lib. 5. q. 4. n. 27. & 28.

Potest mater obligata non est per se filias dotare, aut donationes propter nuptias filius constituere, quia haec obligatio patri est non matri. Ut expressè habetur l. neque mater Cod. de iure dotum l. regia 9. r. 11. par. 4. Excipit nisi vigens aliqua, & rationabilis causa intercederet. Ut in praedicta leg. adnotatur. Quam causam censuram esse, si eius pudicitia periclitaretur non nubere, & aliunde dotem non haberet. Sicuti ex communi sententia resoluti Molin. disp. 424. in princ. Reb. 2. p. lib. 5. q. 4. n. 2. Deinde excipit, nisi mater haeretica esset, aut infidelis, & filia fidelis, & catholica. Nam in eo euentu ob fauorem Religionis compellitur mater dotare filiam usque ad legitimam portionem ei competentem, tamen ex patre, aut aliunde dotem habeat, ut deciditur leg. cognouimus Cod. de haeret. & l. regia 9. r. 11. par. 4.

Perme idem dicendum est de filio comparatione matris, nimirum obligatum non esse eam dotare, quantumvis ipsa inops sit, & ipse diues. Nam esto iure naturali astringatur alimenta ei subministrare, ad dotem tamen constituendam non videtur altitudus, cum illud conubium filium dedecet. Sic aliis relatis resoluti Petr. Barbola. 4. p. l. 1. n. 23. §. ff. soluto matrim. Reb. 2. p. lib. 5. q. 4. n. 11.

Ex dictis colligunt communiter Doctores Greg. Lop. l. 8. c. 9. r. 11. par. 4. Anron Gom. leg. 50. Tauri num. 21. & seq. Molin. disp. 424. post init. Reb. d. q. 4. num. 2. esse latum discrimen inter promissionem dotis factam a patre, vel matre, nam promissio patris semper subintelligitur facta de bonis propriis, non de bonis filiae quae quantumvis illius sit administratos, & curatos, bonaeque possideat sufficientia, quia semper praesumitur suo muneris, & obligationi satisfacere, quae est dotem filibus quantumvis diuitibus constituere. iuxta d. l. vit. Cod. de dotis promiss. Secus est de promissione à matre facta, quae cum nullam habeat obligationem dotem constituendi filibus alioquin diuitibus, nequaquam censetur ex bonis propriis dotem promittere, cum filia aliunde bona habeat Quare

Quare ut hæc elidatur præsumptio apertis verbis exprime-  
dum est.  
10 Supererat dicendum de obligatione dotandi filiam parente  
inuito nubentem, nisi eam quætionem decidimus *rr. de matr.*  
*dis. p. 2. par. 12. §. vlt.*

§. II.

De obligatione aui dotandi neprem, & patruū do-  
tandi sobrinam.

- 1 Aliqui affirmant obligationem inesse aui paterno dotandi  
ex eius bonis nepres etiam diuites si in eius sint. pote-  
stare.
- 2 Contraria sententia verior, & communior est.
- 3 Satis argumentis contrariis.
- 4 Casu quo nepes patrem inopem habeat, eius tamen mater  
diues sit, verius est potius matrem, quam auum paternum  
teneri neprem dotare.
- 5 Patruus nequaquam obligatur sobrinam dotare.

Non desunt qui sentiant obligationem inesse aui paterno  
dotandi ex eius bonis nepres etiam diuites, si in eius  
sint potestate. Tum quia hæc dotis obligatio ex patria pote-  
state præcipue descendit, leg. qui liberis ff. de ritu nuptiar. Tum  
quia l. vlt. Cod. de dotis promiss. dicitur officium esse patrum  
dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenti. No-  
mine autem progenti non tantum filia, sed nepes compre-  
henditur. Tum quia expressè in leg. dedit dotem, ff. de collat.  
bonor. dicitur, officium aui circa nepem ex officio patris erga  
filium pendet, & quia pater filium, ideo auus propter filium nepes  
dotem dare debet. Sic docuit Socin. senior leg. 1. num. 48. & ibi  
Socin. junior num. 190. ff. soluto matrim. Nec displicuit Re-  
bell. 2. p. lib. 5. q. 4. n. 24.

Contrariam sententiam, nimirum auum paternum nulla-  
tenus obligatum esse dotare ex suis bonis neprem, quæ pa-  
trem diuitem habeat, veriozem, & communiozem esse testatur  
Bald. in authent. res qua. Cod. commenta de leg. Gregor. Lo-  
pez leg. 8. gloss. 4. §. 1. par. 4. Menoch. plures referens consil. 183.  
num. 14. lib. 2. Fachin. lib. 10. cap. 40. Fundamentum est quia  
filias dotare patri competit. Nam ut dicitur l. leg. vlt. Cod. de  
dotis promiss. patrum est officium. Ergo patre potente nulla  
occasio recurrendi ad auum. Quod maxime verum habet  
cum filius emancipatus est, sicuti in Hispania contingit eo  
pro, quo ducit uxorem. Quando vero filius emancipatus non  
fuerit obligabitur auus non quidem nomine proprio, sed no-  
mine filij, & ex eius bonis neprem dotare.

Neque argumenta in contrarium vllam vim habent. Ad 1.  
ex leg. qui liberis, fateor proprium esse patriæ potestatis do-  
tare filias, sed quia primo hæc patria potestas competit patri  
quam auo obligatur potius, & in eius subsidium auus. Ad  
2. concedo nomine progenti neprem comprehendit, ideo-  
que auo obligationem inesse eam dotandi, non quidem ab-  
solutè, sed deficientie eius patre. Ad 3. eodem modo respondeo  
auum debere propter filium nepes dotem dare, si filius inops  
sit, sicut si diues.

Casu autem quo nepes patrem inopem habeat, eius  
tamen mater diues sit, controvertunt Doctores, qui primò  
teneant dotem nepri constituere, an mater, an auus pater-  
nus. Et videbatur auus paternus præcipue obligandus, tum  
ex d. leg. qui liberis, tum ex leg. vlt. Cod. de dotis promiss. tum  
ex leg. dedit dotem, quæ nullam matri obligationem imponant,  
bene tamen auo. Atque ita videtur tenere Bar. Angel. & Do-  
ctores in l. 1. ff. soluto matrim. leg. vlt. Cod. de dotis promiss.  
Barbosa 4. p. leg. 1. n. 114. ff. soluto matrim. Rebell. 2. p. lib. 5.  
q. 4. n. 24. Sed verius cenfeo prius matrem obligandam esse,  
sicuti indicat Fachin. d. lib. 10. cap. 40. Moucor, quia matri  
competit obligatio dotandi filiam, cum causa rationabilis ve-  
get leg. neque mater. Cod. de iure dotium. Sed Rebell. d. q. 4.  
num. 2. Mol. disp. 424. in intro & nos superius diximus, cenfent  
rationabilem causam vigere, si pater inops sit, & filia nulla  
bona possideat. Ergo mater primo est obliganda. Secundo  
& præcipue quia stante matre diuite filia habet ius ad legiti-  
mam illius, & tanquam diues reputari debet. At nepes di-  
uiti non tenetur auus paternus dotem constituere, ut rectè  
probat Fachin. d. cap. 40. Ergo obligatio dotandi neprem  
quæ matrem diuitem habeat imponenda non est aui pa-  
terni.

Quoad patruum attinet nequaquam obligatur sobrinam  
dotare. Ut pluribus relatis comprobatur Petr. Barbosa 4. p. leg. 1.  
n. 142. ff. soluto matrim. quia nullibi hæc obligatio etiam in  
subsidium indicetur. Quod efficacius procedit, si verum est  
quod ipse Barbosa n. 143. Mol. lib. 2. de primogen. c. 1. n. 67.  
Colla soluti lib. 2. c. 20. n. 2. Rebell. 2. p. lib. 5. q. 4. n. 26. aliter  
nempe patruum non esse specialiter obligatum sobrinam ali-  
mentis præstare. Nam hæc magis necessaria suat quam dotis  
constitutio.

§. III.

De obligatione fratris dotandi sororem.

- 1 Proponitur ratio quare frater teneatur sororem ex eodem  
patre, quamuis non sit ex eadem matre dotare, si ipsa  
sufficientem dotem aliunde non habeat.
- 2 Etsi ratio inefficax sit, tamen vera sententia est.
- 3 Sororem veritatem tenetur frater dotare secundum qualita-  
tem alimentorum.
- 4 Frater etsi minor sit, & necessitatem habeat alienandi ali-  
qua bona immobilia ab hac obligatione non excu-  
satur.
- 5 Neque item excusatur ex eo quod à patre soror exhereda-  
ta sit.
- 6 Neque ex eo quod clericus sit, nullaque alia bona habeat, nisi  
quæ ex beneficiis collegit.
- 7 Excusatur frater ab hac obligatione, si adsit mater, vel auus  
paternus, vel maternus qui dotem constituere valeat.

Quod frater ratione fraternitatis & sanguinis collu-  
tione teneatur sororem ex eodem patre quamuis non  
sit ex eadem matre dotare, si ipsa sufficientem dotem aliun-  
de non habeat, colligitur Doctores ex lege cum plures, §. fin.  
ff. de administrat. tutor. Et insuper probari potest ex lege 1.  
§. sed non vltos, & Glossa verbo præstari ff. de iustis, &  
rationibus distrahend. lege qui liberis ff. de iustis, &  
rationibus educari debent, quibus cautum fratrem obligatum  
esse titulo sanguinis alimenta præstare forori. Cum autem  
regulariter ex alimentis ad dotem efficitur desumatur argu-  
mentum. Ut placuit Iacobo de Arena, Petro, Cyno, &  
Baldo in lege neque mater. Cod. de iure dotium, consequens  
est obligatum esse sororem dotare. Atque ita pluribus tradunt  
Tiraquel. tract. de primogen. q. 62. ad fin. Lopez leg. 1. tit. 16.  
par. 6. verbo de las hermanas. Molin. lib. 2. de primogen. c. 3. n. 61.  
& 62. Rebell. q. 4. n. 1.

Fateor hoc argumentum de sumptum ex alimentis non esse  
satis efficac. Nam ut inquit Ioannes de Imola in leg. 1.  
ff. soluto matrim. col. 3. non est legitima consequentia ex ali-  
mentis ad dotem, cum alimenta facilius præstentur, sequi-  
dem præstantur minutum, dos vero difficilior cum integritate  
simul præstanda sit. Præterquam quod pater naturalis ali-  
menta tenetur præstare filia, non tamen dotem saltem ex  
probabili sententia. Ut colligitur ex lege uxorem, §. pater na-  
turalis ff. delegat. 3. Et licet filius teneatur alere matrem, non  
tamen eam dotare, ut superius diximus. Non igitur ex ali-  
mentis ad dotem efficac desumitur argumentum, consen-  
tente Alexand. in dicta leg. 1. col. 6. ff. soluto matrim. Alexand. in  
leg. 2. filia, ff. ad Trebell. Quapropter dicendum est sororem  
ex eodem patre, & à fortiori utrimque conuinctam, neque  
habentem aliunde dotem obligatum esse fratrem dotare, quia  
id communis sententia defendit, quam Tiraquel. Lopez. Mol.  
Rebell. referunt, & sequuntur.

Sorori vero veritatem tamen alimenta lappeditate frater  
teneatur, leg. tutor secundum dignitatem, §. in solvendo, Digesti  
de administrat. tutor. leg. 1. circa princ. Dig. de tutel. & tradit.  
Bar. in l. si quis à liberis in princ. ff. de liberis agnoscent. Salter.  
in l. 1. Cod. de alienis liberis. Ioann. de Imola in l. 1. col. 3. Dig.  
soluto matrim. quos refert, & sequitur Greg. Lopez. lib. 8. gloss. 1. 16.  
p. 4. attamen dotare non videtur obligatus, quia nullibi hæc  
obligatio præscripta est, quin potius ab hac obligatione  
exemptio non leuiter colligitur ex dicta l. cum plures, §. cum  
tutor. Dig. de administrat. tutor. Atque ita defendit Barbosa 4. p. leg.  
1. n. 27. Dig. soluto matrim. Rebell. h. 5. d. n. 11. & alij. Tamen  
Tiraquel. q. 62. de primogen. circa fin. Greg. Lopez. dicta l. 8. gloss. 1.  
Mol. d. c. 1. n. 62. cenfent fratrem obligari ad dotandam  
sororem ex eodem patre, vel utrimque conuinctam secundum  
eius conditionem, & qualitatem. Veritatem verò secundum  
qualitatem alimentorum. Etenim cum officium patrum sit  
filias dotare, mirum non est quod frater forori ex eodem  
patre congruam dotem obligetur constituere, neque hæc  
obligationem habeat comparatione sororis veritatem. Quod  
sanè probabilissimum est.

In casu autem quo frater obligatur dotem forori con-  
stituere, non excusatur ex eo quod minor sit, & necessitatem  
habeat alienandi aliqua immobilia ad dotem, nam hæc est  
causa vigens à iure communi approbata, ac proinde interuen-  
iente decreto iudicis præstare alienatio potest, quia locus sit  
restitutioni, leg. fin. Cod. de integritate restitu. Sicut Greg. Lopez.  
d. leg. 18. gloss. 3. adductus per Textum ibi.

Neque item excusatur ex eo quod à patre soror exhereda-  
data sit, ut rectè alios referens resoluit Petr. Barbosa 4. p. leg. 1.  
n. 135. ff. soluto matrim. Nam cum hæc obligatio iuri sangui-  
nis nitatur ob exheredationem patrum cessare non  
debet.

Neque item excusatur ex eo quod clericus sit, nullaque alia  
bona habeat nisi quæ ex beneficiis collegit. Nam ex bonis  
suis

fructibus alere, & dotare foretes inopes recte potest, cum opus sit pietatis, & naturalis obligationis, & ini maxime confo-

7 Difficultas autem est. An excoletur frater ab hac obligatione alendi & dotandi foretem inopem, si adit eius mater, vel anus patrem, aut matrem qui dotem, & alimenta constituitur valeat: Et questio procedit non de fratre parentis hærede quatenus talis est, hic enim cum patrem repræsentet, mirum non est quod vigenius omnibus obligetur. Sed procedit de fratre quatenus talis est. Et hunc credo stante matre, aut alio ascendente diuite deobligatum esse. Sicuti docuit plures referens Ant. Gomez leg. 40. Tauri num. 75, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 1. num. 68. Quia omnes ascendentes præferuntur fratri in successione Authent. defuncto. Cod. ad Tertul-

§. III.

De hærede obligato alere, & dotare filias.

- 1 Hæres æquè ac defunctus obligatur.
2 Proceat cum hæredes integram substantiam ex qua dos constituitur accipit.
3 Si hæres filius sit non obinde ab hac obligatione excusatur.
4 Filiabus hæretici filius neque dotem neque alimenta præstare tenetur.
5 Interim autem ac delictum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

1 Communis est sententia quam refert, & sequitur Ferdinand. Rebell. lib. 5. q. 4. num. 7. hæredem obligatum esse æquè ac defunctus obligabatur illius personam repræsentat, & consequenter illius obligationem suscipit. Sicuti colligitur ex leg. postulant. ff. Ad Trebellian. Unde cum pater præ omnibus continetis obligatus est filias alere, & dotare illius hæres eadem obligatione tenebitur.

2 Hoc autem procedit, cum hæres integram substantiam patris, ex qua dos constituenda est, acceperit. Nam si hæreditas paterna in omnes filios distributa sit iuxta regium Castellæ ius, nullatenus videtur frater titulo hæredis obligari posse ad foretes inopes, & insufficientem legitimam habentes dotandas, quia pater non fuit obligatus, neque obligari potuit filias ex legitima aliis filiis pertinente dotare.

3 Quod si hæres filius sit non obinde ab hac obligatione præstandi alimenta, & dotem filibus excusatur. Sicuti pluribus comprobat Petr. Barbosa dicitur 4. p. leg. 2. n. 84. ff. soluto matrimonio, quia hæc est obligatio bonis patris annexa quam filius recipiendo bona excurrere non valet.

4 Ab hac tamen regula excipienda sunt filie hæretici, quibus non tenetur filius dotem, neque alimenta ex bonis patris præstare, quin potius dotem post commissum paternum delictum concessam repetet in desertionem, & punitionem tanti criminis, iuxta cap. urgentis de hæreticis. & leg. quisquis emancipat. Cod. Ad leg. Jul. maiest. Neque se defendere possunt ex eo quod nate sint ante patris delictum. Nam patris delicto commissio sicuti ipse omnibus bonis acta priuatur, etiam priuatur filij iure illis succedendi.

Interim autem ac delictum declaratum non est, neque alimenta deneganda sunt, neque dos à patre concessa auferenda, aliàs per nam fortè sine culpa sustinerent, & possessione iuste comparata spoliarentur. Vt tradit Couarrua. 2. p. decret. c. 6. §. 8. num. 9. Simancas de catholic. instr. c. 9. num. 35. Petr. Barbosa d. 4. p. 1. n. 84. ff. soluto matr. Rebell. lib. 5. q. 4. num. 33. & seq.

PUNCTUM V.

Ex quibus bonis coniuges dotem suis filiabus designate censentur?

- 1 Cum aliquis omnium bonorum socius nuptui tradit filiam ex bonis communibus dos exsoluitur, cum nulla alia sint bona præter communia.
2 Si matrimonium contrahatur per contractum medietatis omnium bonorum, coniux dotans filias ex communibus bonis censendus est dotare.
3 Si autem absque vlla bonorum communicatione contrahatur, Ferd. de Casco de iust. & iurc. Pars II.

dos à patre filia communi promissa, & bonis solius patris sumenda est.

- 4 Inspecio iure nostro regio siue pater simul cum matre, siue solus dotem filia communi promittat, promittere censetur ex bonis communibus superlucrat.
5 Si bona superlucrata nulla essent, & maritus simul cum uxore dotem promitteret, censendi sunt pro medietate præstare promissionem.
6 Dissoluto matrimonio potest pater dotans filiam communem exsoluere dotem ex bonis superlucrat. tam propriis, quam uxoris.
7 Hoc in nostro regno vix locum habere potest.
8 Si maritus filiam prioris matrimonij docet ex bonis superlucrat. communibus, ea dos debet computari in partem qua ipsam dissoluto matrimonio contingat.
9 Nisi filia nuptui vivo qui speretur totam familiam deservit.

PRæmitto, cum aliquis omnium bonorum socius nuptui tradit filiam ex bonis communibus dos exsoluitur, cum nulla alia sint bona præter communia. Dissoluta tamen societate grauis est controuersia, an dos soluta debeat omnibus sociis imputari, an tantum ad iudicanda parti socij dotantis. Negant omnibus sociis imputandam esse Decius in Authent. quæ locum num. 9. Cod. de collat. Ruinus cons. 104. lib. 1. Rebell. lib. 5. q. 5. n. 3. in fine. & alij permulti relati ab Antonio Gabriele lib. 3. commun. opin. tit. de iure dotium conclus. 2. Ducuntur, quia hæc dotis solutio non est solutio debiti occasione societatis contracti. Non igitur debet omnibus sociis imputari. Rectius tamen contrarium censuerunt Roland. à Valle cons. 9. lib. 1. Menoch. de arbitrar. casu 127. num. 2. Fachin. lib. 8. contr. c. 4. & lib. 12. cap. 12. & colligitur ex l. societatem vniuersarum ff. pro socio, & l. as alienum ff. eodem tit. & l. ex parte § filius ff. familia eriscunda. Et ratio efficax est. Nam eo ipso quo socij omnia sua bona inter se communicant, consequenter communicant debita, & obligationes, vt ex prædictis bonis fiat satisfactio, cum debita non nisi ex bonis communicatis, & consequenter communibus soluenda sint. Ergo facta solutione bona quæ superfluerint diuidenda sunt, quin debita vnus socij soluta ipsi tantum impentur. Secus esset in societate particulari, nisi speciale pactum intercederet iuxta leg. si socius pro filia, ff. pro socio.

Hinc inferendum est, si matrimonium contrahatur per contractum medietatis omnium bonorum, sicuti contrahitur in Lusitania, coniux dotans filias ex communibus bonis censendus est illas dotare. Neque postmodum dissoluto matrimonio patri potius quam matri dos imputanda est. Vt bene ex communi sententia resoluit Rebell. lib. 5. q. 5. n. 3.

Si autem contrahatur matrimonium absque vlla bonorum communicatione sicuti in specio iure communi contrahitur; dos à patre filia communi promissa ex bonis solius patris sumenda est, l. fin. Cod. de doris promiss. l. 8. tit. 1. p. 4. quia ipsi incumbit nuptui filias tradere, matri autem non nisi in subsidium, & patre deficiente. Si autem vtrique tam mater quam pater dotem filia constituerent, eo ipso censentur pro dimidio concurrere. Vt colligitur aperte ex leg. neos. §. cum in tabulis ff. de duobus reis. & aduertit Molin. disp. 4. q. 4. §. quando. Quod sine dubio verum est cum vxori tempore promissionis suppetunt alia bona præter dotalia. Si autem nulla alia bona haberet. Variant Doctores, an inde aliquam obligationem subiret? Et probabilius reputo secluso iuramento nulla obligatione teneri, quia in specio communi iure non permittitur vxori bonorum dotarium alienatio nisi ex causa necessaria, quæ tamen in præsentem non intercedit, cum vxor necessitatem non habeat filias dotandi, cum bona parenti suppetunt.

Quod si in specio iure nostro regio sermo sit, siue pater simul cum matre, siue solus dotem filio communi promittat promittere censetur ex bonis communibus superlucrat. iuxta leg. 9. tit. 9. lib. 5. noua collect. de sumptum ex leg. 13. Tauri. Nam cum hæc iura ex coniugio communia sint, & obligatio dotandi filias ex coniugio proueniat, merito vtrique coniugi adiudicatur. Quod secus erat in specio iure communi, quia nec fructus dotis, nec lucra communicabatur.

Si autem bona superlucrata nulla essent, aut essent insufficientia, & maritus simul cum uxore dotem promitteret censendi sunt pro medietate bonorum quæ ipsos contingit præstare promissionem. Secus esset, si solus pater promitteret, quia tunc de bonis propriis dos exsoluenda esset. Sicuti colligitur ex d. leg. 52. Tauri, quæ est l. tit. 9. lib. 5. noua collect. & tradit ibi Anton. Gomez num. 21. & 24. Gregor. Lopez leg. 6. gloss. 1. ad med. tit. 10. par. 5. & leg. 3. verbo el padre tit. 11. par. 4. Couarrua. lib. 3. resolut. cap. 19. numero 3. Marien. leg. 3. gloss. 7. numero 7. tit. 9. lib. 5. collect. Arcevedo leg. 8. numero 10. Molin. disputat. 42. q. post med. Rebell. 2. part. lib. 5. quæst. 5. numero 4. & seq.

Difficultas autem est an dissoluto matrimonio possit pater dotans filiam communem exsoluere dotem ex bonis superlucrat. Et